



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

24. De aliis modis, quibus servi acquirant libertatem. Ex p. 7. t. 7. r. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

te, ad seruitutem pristinam nunquam redire: etiam si eorum dominus ad fidem reuertatur: & omnia bona illis restituantur, iuxta *c. vrgentes, de heret.* quia libertas quocumque modo data non reuocatur, l. 1. § 2. *C. aduersus libertatem.*

rant, inuenies apud Machadam *rom. 2. l. 6. par. 7. § 3. docum. 9. per totum.* Fagundez de *inst. lib. 2. cap. 6. Hurtadum de spuar. 1. difficultat. 22.*

RESOL. XXIII.

An serui, qui libertatem Roma in Capitolio acquirunt, illam pro toto Orbe acquirant? Ex p. 7. tr. 7. Ref. 18.

§. 1. **A**D hoc dubium sic respondet Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de inst. tom. 1. disp. 6. scilicet 4. n. 39.* Comparatur libertas per leges aliquorum locorum prout teste Rebello, in Gallia serui omnes liberi fiunt, ne pauperes indigenae fame premantur non inuenientes dominos, quibus inferuiant, si aliunde serui, & ancillae ex tere alportarentur. Similiter extat Bulla Pij V. quae incipit, *Dignum & rationi congruum*, & est 17. inter eius bullas in *tom. 2. Bullar. & alia Bulla Pauli III. quae à Pio V. ibi citatur*, in quibus conceditur, & renouatur facultas Conservatoribus Urbis Romae, vt quoscumque captiuos Christianos iam factos, ad dictos Conservatores pro libertate confugientes, & libertatem proclamantes liberare possint, eosque sic liberos factos pro liberis hominibus, & Romanis Ciuiibus vbique terrarum habendos esse decernitur. Quod priuilegium in vsu est hodie in Vrbe; suspicor tamen quod extra Territorium & dominium temporale Pontificis non habeatur de facto rata illa libertas: sed domini, vbi primam inueniant seruos suos extra illud Territorium, eos sibi in pristinam seruitutem reuocant ita enim à fide dignis accepi, qui diu in hac Curia versati sunt. Ita Eminentissimus de Lugo.

RESOL. XXIV.

De aliis modis, quibus serui acquirant libertatem. Ex p. 7. tr. 7. Ref. 16.

§. 1. **P**rimus est per domini manumissionem siue dominus gratis, siue ex pretio, & conuentione seruum manumittat. Secundus est, si dominus, vel alius eo sciente, nec contradicente, vel post factum approbante, infantem seruum exponat, quod idem est, si aegrotum seruum derelinquat, ei que alimenta non prebeat, in quibus casibus non incidit seruus in dominium illius qui eius derelictus, vel expositi curam suscipit. Vide *c. unicuique, de infantibus, & languidis expositis l. 2. §. 3. C. cod. tit. ult. ff. pro derelicto, & l. unica, §. sed scimus. C. de latina libertate tollenda.* Tertius modus est, si à domino Iudeo, vel infideli circumcidatur *ex c. multa §. 4. dist. 8. c. plerique de consecr. dist. 4.* Quartus modus si seruum suum aliquis heredem instituat, vel tutorem filio suo relinquat, nam eo ipso censetur concedere ei libertatem, vt constat *ex lege penulti. in princ. C. de necessariis seruis heredibus instituendis. §. idem quoque iuris, Inst. quibus ex causis manumittere non liceat, & ex princ. Inst. qui testamento tutores dari possunt.* Quintus modus est si vir solutus, & nullo alio impedimento ligatus ancillam etiam solutam, quam possit in vxorem accipere, habuit vt concubinam vsque ad mortem, tunc enim si n. h. de Ancilla, & filius ex ipsa habitus dixit, liberi manent *ex l. ultima, C. communia de manumissionibus.* Ad quod priuilegium duo requiruntur, nempe, quod non dimiserit Ancilla turpem vsum ante mortem, & quod filij nati non sint ex concubitu damnato, sed ex soluto & soluta. Hos, & alios modos quibus serui libertatem acqui-

RESOL. XXV.

An expediat, & sit opus piim concedere seruis libertatem? Ex p. 7. tr. 7. Ref. 35.

§. 1. **A**D hoc dubium ex Simancha sic respondet Sanchez in *Opusc. tom. 2. lib. 1. cap. 1. dub. 10.* licet iura faueant libertati, ac cum omnes serui hodie stolidi, ac improbi sint, nec pia, nec utilis est, nisi forte serui sint boni, & industria sua facile alimenta quærere possint, aliter enim fiunt otiosi, & fures, ac in carceribus, & fucis vitam finiunt.

2. Et idem Machadus de *Perfello Confessoria tom. 2. lib. 6. par. 7. l. 13. docum. 9. num. 8.* sic ait. Si la donacion de libertad sea causa pia, y tal que deua yzar de los privilegios de las causas que lo son, no consta por Decreto, por lo qual queda dudoso entre los Doctores. Todos conuenien en que lo es, no absoluamente sino quando la libertad se dexa à esclauos virtuosos, y benemeritos della, que por si pueden facilmente buscar su sustento; pero no quando se dexa à esclauos holgazanes, y viciosos, que no sirven para que den en ociosos, y vengian a parar en la herca. Itaque, Cuj adde etiam Trullench, in *Decalognis, tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 5. num. 9.*

RESOL. XXVI.

Serui, quibus modis possint se redimere? Ex part. 7. tr. 7. Ref. 44. aliis 43.

§. 1. **R**espondeo multis modis seruum se posse redimere; Primò ex suo, quando dominus ei concedit aliquid, vt habeat tanquam suum. Secundò, ex aliena pecunia, vt puta, si rogatu ipsius alius seruum redimat, vel si ipse seruus ab aliquo pecuniam donatam accipiat ea conditione, vt redimat, vel adimento sponte sua aliquid relinquat heredi suo, vel legatario libero ea conditione, vt seruum suum Stichum redimat. Cum autem hoc modo seruus redimitur, non datur ei pecunia, sed domino, quo seruus emittitur, vt fiat liber. Quarto modo potest seruus se redimere nummis ab alio acceptis, ea conditione vt eos illi postea restituat manumissus, & liber esse eius. Quintò, in *l. his qui ff. de manumissionibus* sic legitur, siue ex peculio, quod ad venditorem pertinet, siue ex aduentu luero, siue etiam amicitia, beneficio, vel liberalitate, vel rogante eo, vel repromittente, vel se delegante, vel in te recipiente redemptus sit, credendum est suis nummis eum redemptum. Satis enim est, quod is qui emptio suum nomen accommodauerit, nihil de suo impendit. Sic ibi. Tunc igitur suis nummis dicitur redimi, quando accepit mutuos nummos ab alio, vt se redimat, & manumissus eos restituit ei, qui dedit mutuos, vel illis nummis alius eum redimat, vel vt ipse seruus seipsum redimat. Ita hæc omnia docet Azorius *rom. 2. l. 2. c. 3. §. 1. item 2.*

2. Sed quia si præ probatum est seruos sibi quando acquirere de illis bonis, dicendum est, potest etiam se redimere.